



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

58. In eodem Festo, unica. Misericordias domini in æternum cantabo. P.
88.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

Pater dicitur. Talis Dominicus, cuius verbum ut facula ardebat. Talis S. Carolus, ignem Christi mitrens in terram, quem vehementer optabat accendi. Talis Ignatius de Loyola, cui pro caelesti augurio hoc anagramma inscriptum legitimus, ob ardorem quo flagrabat, & omnes accendebat:

IGNATIUS DE LOYOLA,
O IGNIS ADEO ILLATUS!

Talem & inter mulieres recte censibus S. Claram, cuius ortus luce & igne coelesti designatus fuit, quia frigidus & tenebrosus suo saeculo lucem fundere debebat & ardorem. Talis Catharina de Senis, omnes cum ardore convocans ad regnum Dei, & ad perfectionis verticem. Talis & Brigitta, ex cuius ore visus est ignis, in quatuor orbis plagas se diffundens. Talis denique nostro saeculo fuit B. Teresa, igne divino sic succensa, ut dici merito possit: *Mulier Seraphica, Materque Seraphica*, cuius ardor adhuc hodie perdurat, & agnoscitur in eius sequacibus.

S. Teresa desiderio Deum videndi flagrat.

Caust. 1. Cap. 2.

Teres. c. 29. vita sua.

Psal. 42.

Caust. 8.

Rom. 9.

S. Teresa zelus con-

velli sui Ordinis rigorem; poenitentias, austeritates, orationes, vigiliis, & dura qualibet voluit ordinari; ut hac ratione cooperatur his qui eis reducendis & convertendis verbo & opere incumbant. Cum enim tunc Lutheranismus Ecclesiam inficere cospisset, videns errantes & praevaticantes, tabescebat, & zelo miro aestuabat: ut quaquam poster operâ, eos ab inferis revocaret. Verum erga fuit ipsa illud: *Dura sicut infernus amulatio*, quando quidem parata fuerit: pari durissima quoque, ne infernus animas absorberet. O dilectionem fortem! & zelum amulationem & zelum vehementem, qui & hoc unicum a Deo tandem petebat, AUT PATI, AUT MORI, ut in eius vita susus describitur.

omnes mi-
mas.

in vita To-

in reser-

Celsus.

Transfige, dulcissime Jesu, cum S. Teresa mellas & viscera animarum nostrarum, saluberrimo amoris tui vulnere, sanctaque charitate, ut languent animae nostrae solo tui desiderio & amore. Procul Cupido profanus, qui alatus est, pharetratus, nudus, sed caecus. Tu o Deus & Cupido sacri amoris, alatus es alis ignis, in pharetra geris igneus sagittas, in Cruce, nudus es, & ibi arcum extendis; sed nequaquam caecus es nec caecos amore transfigis. Sed leis quos tangis, eosque illuminas & accendis, ut te quaerant, inveniant, meditentur, & loquantur, & tandem luce aeternâ perficiantur.

EODEM FESTO

LECT. 577.

Misericordias Domini in aeternum cantabo.
Psal. 88.

Sanctis nonnulla adscribi solent specialia elogia Deo eius familiaria, vel eorum aliquam specialem gratiam designantia.

De elogiis S. Teresae adscriptis.

Sic S. Bernardo, inter brachia sua Passionis Christi instrumenta complectenti affectu tenero, adscribitur hoc Elogium: *Fasciculus myrrha dilectus meus mihi, inter viscera mea commorabitur*, Nemo in his verbis, rememorando passiones varias Christi, deliciaebatur.

Capit.

Sic S. Francisco adscribitur, *Deus meus, & omnia*. Quia saepe multas noctis horas hoc ruminando transigebat. Adjicitur illi & istud: *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundus*; quia perfectè hoc in ipso adimpletum fuit.

Elogia de versorum S. Teresae Gal. 6.

Sic S. Bernardino illud assignatur: *Pater manifestavi nomen tuum hominibus, nunc ad te venio*: quia gloriam nominis Jesu toto promoveat orbe: & dum id caneretur in choro, exspiravit, ad Deum vadens.

Joan. 17.

Sic S. Dominico adscribi potest illud: *Verbum Esca 463. ejus quasi facula ardebat*: quia mater cum concipiens, vix est sibi utero habere caculum, ore facem gestantem, & orbem incendenterum.

Psal. 139.

Sic S. Bononi attribuitur illud: *Eccc elongavi fugiens, & mansi in solitudine*. S. Ignatius Loyola illud.

Psal. 139.

illud sibi vendicat: *Ad majorem Dei gloriam.* S. Xaverius illud: *Satis est, Domine, satis est.*
 3 Reg. 19. Sic S. Carolo Barrotheo illud ascribi potest: *Zelo zelatus sum pro Domino Deo Exercituum;* quia mirra passus est ob rebum ardentem gloriæ Dei & Domini ejus.
 Psal. 117. Sic S. Philippo Nerio appropriant illud: *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasset cor meum;* quia ob fervorem divini amoris exsultantis, colla cuncta dilatata dicitur.

Denique, inter mulieres Magdalena pro suo Elogio illud circumfert: *Quia dilexit multum.* Samaritana illud: *Domine, da mihi aquam.* At S. Teresa illud adscribitur: *Misericordias Domini in æternum cantabo.*

Nempe solita erat immorari in consideratione seriei multiplicis misericordiarum Dei, cum erga salutem hominum generaliter, tum erga se specialiter; & in hac crebra meditatione exardesceret ignis, & concalesceret cor ejus, & sic cum Psalmista dicebat: *Illud sepius corde & ore revolvere in spiritibus fervore: Misericordias Domini in æternum cantabo.* Et illud: *Conjitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.* Quæ post hæc verba, *Quoniam in sæculum misericordia ejus,* quinquies repetit in Psalmo 117. non sine emphasi & energia. Nec hac repetitione contentus, in Psalmo 135. ad singulos versus illud ipsum repetit, & inculcat vigentes septies: *Quoniam in æternum misericordia ejus.* Ad singula scilicet beneficia illud resonat, & ruminandum docet, quandoquidem misericordia miseris suaviter sapere debeat, crebro labiis cordis & otis revoluta. Equidem omnia divina attributa & perfectiones pia consideratione digna sunt, & non possunt non sapere bonæ mentis, eamque afficere

& reflexere: At *Misericordia miseris suaviter sapit, dulcius afficit,* inquit S. Bernardus. Et certe illa primatum quandam tenere censetur inter cætera Dei attributa. Sicut Principes in suis Stemmatis solent collocare omnes titulos, omniaque Insignia Nobilitatis suæ: id tamen, à quo Familia majorem sortitur nobilitatem, vel primo loco, vel in medio constituitur, ut cætera circumstant: Sic dicere possumus, divina Insignia & Stemmata esse Dei Perfectiones varias, Potentiam, Sapientiam, Magnificentiæ, Justitiam; sed primarium locum Misericordiarum attribuimus, quia etiam primum est objectum, quod labentibus, ob miseriam nobis agnatas, quibus subvenit, intruemur. Hinc & Moyles, quando in foramine petra transiit Dei gloriam inspiciebat, mox in Dei Misericordiam oculos & mentem figit, quasi elucentem inter omnia; ideoque exclamat: *Miseratur Domine Deus, & misericors, & clemens, & multa misericordia multa illi huic qui diligitur se.* Hunc subsequutus & imitatus Rex & Propheta, inclamat: *Et tu Domine Deus miseratur, & misericors, & patient, & multum in misericordia, & verax, respice in me.* Attende

quot verbis idem significantibus uterque Dei Misericordiam invocat & exprimit, ut illam cordi nostro imprimat, & pariter invocare doceat. Cum enim dicitur, *Misericors, & miserator, ac multa misericordiarum & misericordia,* non aliud significatur, quam summe misericors, omnique generis Misericordiarum erga nos copiosissime & profundissime exercens.

Ab his ergo S. Teresa dicitur Misericordias Domini decantare, ruminare, propalare toti Orbis Considerabat frequenter in spiritu divinæ Misericordiarum admirabiles dimensiones, longitudinem, latitudinem, sublimitatem, profunditatem: & rapiebatur in ferventem gratiarum actionem, & mollitiam tantæ Misericordiarum laudem.

1. Considerabat longitudinem, quæ in hoc consistit, quod ab æterno usque in æternum sese extendat divina Misericordia; ab æterno per prædestinationem usque in æternum per glorificationem. Ex quo modo Deus est Deus, Misericordia ejus super nos est, & durabit quam diu erit Deus, ita ut sine principio & fine. Ideoque hoc considerans mulier sancta & sapiens, merito dicebat: *Misericordias Domini in æternum cantabo;* meritoque causam repetebat: *Quoniam in æternum misericordia ejus.* Et hac ratione omnes ad eundem cantum eandemque gratiarum actionem incitabat.

2. Considerabat latitudinem, quæ in hoc consistit, quod erga omnes homines cujuslibet status aut conditionis se extendat Dei Misericordia. Omnes enim miseretur, sive nobiles sint, sive plebei, sive divites, sive inopes, sive parvi, sive magni. Tum quia opus Dei sunt omnes, tum quia amat animas, & ex amore oritur compassio erga eorum miseriam. Quam utramque rationem insinuat Sapiens dum dicit: *Misereris omnium, quia omnia potes, & distulisti peccata hominum propter penitentiam, & amas animas.* Rursus latitudo Misericordiarum in hoc consistit, quod ad omnia sese extendat peccata, quamlibet enormia, & quolibet numero multiplicata: non enim patitur septies, sed septuagies septies, sed parci sine limite. Immo & in hoc Misericordiarum latitudo cernitur, quod ad omnes sese potest extendere, quia omnes alicui subiectæ sunt miseriam, vel ob defectum naturalem, vel ob voluntatis pervertitatem. Huic autem miseriam solus potest subvenire, vel mederi. Tanta ergo est latitudo, ut dicitur Psaltes: *Misericordia Domini plena est terra.* Et Sapiens: *Diligit omnia quæ sunt.* Hanc igitur latitudinem divinæ Misericordiarum S. Teresa considerans, dicere poterat: *Misericordias Domini in æternum cantabo.*

3. Considerabat sublimitatem, quæ consistit in sublimitate ac beneficiis sublimibus ab ipsa promanantibus. Illa enim satis restantur, quam sublimis sit hæc Misericordia, dum elevat nos ad sublimem dignitatem Filiorum Dei, ad hereditatem Patris, ad

Invenitur
 tributa Dei,
 Misericor-
 dia prima-
 rum tenet.

Exod. 34.
 Psal. 85.

Misericor-
 dia Domini
 in æternum
 cantabo.

Latitudo.

Sap. 11.

Psal. 118.

Sap. 11.

ad

Sal. 102. ad aeternae confortium gloriae, ubi coronat nos in misericordia & miserationibus. Haec omnia ponderans in pondere Sanctuarii Terefa, rursus in hunc erumpere poterat sonum jubilationis. Misericordias Domini in aeternum cantabo.

Profundi- 4. Considerabat profunditatem, quae in hoc consistit, quod Deus profundissime sese humiliavit, ut efficacissime miseretur nostri. Suscepit enim nostram naturam, & ita profunde sese abiecit, ut descendere profundius non valeret: ita vero nos elevavit, ut altius non posset. Elucet quoque haec profunditas misericordiae in multis profundissimis mysteriis nobis exhibitis, in mysterio Eucharistiae, & aliis. Denique, & in hoc quod profundissimo misericordiae & sapientiae suae consilio, omnia nobis in bonum verat, afflictiones, miseriae tentationes, imò & ipsa peccata. Hanc ergo sine mensura misericordiam metiri cordis & intellectus sui qualibet consideratione non valens Terefa, iterum in vocem exultationis & salutaris erumpere: Misericordias Domini in aeternum cantabo.

Et haec quidem considerabat generaliter, tanquam concinentia salutem omnium praedestinatorum, quia erga illos Deus multiplici genere misericordiae utitur ab aeterno usque in aeternum pro qua re misericordias Domini decantabat. Sed & pro se particulariter, quae omnigena misericordiae effectus in se expertera erat, & indices magis ac magis experiebatur.

Misericordias Dei S. Terefa sapientius exper- 1. Primum quidem, in puericia misericordiam Dei praevenientem & excitantem expertera erat, dum in lectione sacrorum librorum miram persentiscenter suavitatem, maxime legendo vitas Martyrum, qui brevi laborum compendio vitam aeternam consecuti fuerant. Quapropter jam incipias misericordias Domini decantare, repetebat cum cordis & vocis suavitatem: In aeternum, in aeternum, in aeternum cum Deo gaudere? Haec erant primitiae spiritus, & pignus ac artha quadam adipiscendae aeternae hereditatis, quae eam donabat praeveniens Dei gratia & misericordia: ob quod quidem donum poterat extunc dicere: Misericordias Domini in aeternum cantabo.

2. Secundo, expertera est Dei misericordiam excitantem, dum circa aetatis annum duodecimum, mortua Matre, ei inspiravit Christus ad Matris suae imaginem venire in spiritu pietatis, & coram illa imagine Matrem misericordiam in suam Matrem eligere. Hoc, ut ipsa fateatur, cum lachrymis multis effecit, humillime rogans, ut sibi jam pupillae Matris loco dignaretur esse, & in omnibus dirigere. Quod quidem magna peractum simplicitate, sibi plurimum tamen profuisse testatur: unde Matris hujus amorem exinde studuit conservare, & nihil ei commendare, quin obtinuerit. Cumque in Religione praesiceretur jam Priorissa Sororibus, ut ostenderet quantum faceret Matris misericordiae dilectionem & affectionem, in sede Vitae frorigera.

sua in Choro Imaginem Virginis Deiparae collocavit, & edomus claves tradidit, dicens: Tu es domus, tua Religio, O Virgo! Ego nihil sum, tuum est eam regere; Tu Priorissa. Hoc vero ita Virgini gratum fuit, ut paulo post viderit ipsa B. Virginem in eam sedem descendentem cum Angelorum multitudine. Totoque Salve Regina ibi praesedit Virgo, ac postei dixit: Recte fecisti me hic collocando. Ego semper adero, ut hic Filio praesentem laudes, quas hic Religiosa decantans; & domus curam sum habitura. Ita Ribera l. 3. vitae Terefae c. 1.

3. Tertio, expertera est Dei misericordiam, circa annum aetatis vigesimum evocata à saeculo (ubi ei grande periculum, quasi in Babylone) ut salutem suam operaretur secure in Religione. Fateur ipsa, sibi postmodum Christum ostendisse pericula, locumque sibi praeparatum in inferno, nisi specialis Dei misericordia eam erueret ab itinere saeculi dissimulato ita ut potuerit dicere: Misericordia Domini, quod non sumus consumpti. Et rursus: Nisi quia Dominus adjuravit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea. Denique & illud ei convenit: Confitebor tibi Domine in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in aeternum, quia misericordia tua magna est super me, & eruisi animam meam ex inferno inferiori. Haec eadem vox est eam illa: Misericordias Domini in aeternum cantabo.

4. Quarto, expertera est Dei misericordiam in Religione; ubi Dominus ei dixit illud: Sponsabo te mihi in sempiternum, sponsabo te mihi in justitia & iudicio, in misericordia & miserationibus. Quid est, Sponsabo te in justitia & iudicio, nisi iustificando te, & iudicando inerte & eum qui te raptivam tenere volebat? Quid est, Sponsabo te in misericordia & miserationibus, nisi maximas misericordias tecum faciendo liberabo te à periculis & miseris in quibus eras, donisque meis te ornabo, sicut Sponsi arthas solent dare, & gemmis Sponsam ornare? Verè exornavit eam Dominus sublimibus misericordiae donis, ad verticem perducens perfectionis, lumine replens sapientiae caelestis, ardore accendens charitatis, miraque per eam operans cum stupore totius Orbis. Denique, & eam mox à morte coronavit in misericordia & miserationibus secundum animam, secundum corpus verò etiam eam exornavit, quandoquidem ex illo oleum fluit in symbolum misericordiae & spiritualis actionis. Itaque, & in vita, & in morte, & post mortem merito potest dicere: Misericordias Domini in aeternum cantabo.

IN FESTO S. LUCAE.

Designavit Dominus & alios septuaginta duos, quos Lect. 13. misit ante faciem suam. Luc. 10. triplicita.

18. Octol. Lect. 13. triplicita.

Quandoquidem per Evangelium de tenebris ad lucem reductus est mundus, merito De dignitate Evangelitarum gloriam celebrat populus Christianus. Pars I. Evangelitarum. Rita. g. d. h. u. m. m. a.